modo aliter probetur diligentia debitoris in perquirendis pecuniis, vt in num. 5. requiritur tamen quod ſimul quoque cum bonorum oblatione ſufficiens fideiuſſor offeratur de euictione, nu. 6. & nu. 7. & 8. quomodo hoc intelligitur: ſed hæc benignitas cum præiudicium tertij contineat, ſtricte eſt accipienda, in n. 17. & nu. 18. contra quid fuerit introducta hæc benignitas.

9 Si debitor fideiuſſorem non reperiat, ſtatur eius iuratoria cautioni cum hypotheca bonorum.

10 Maior ratio videtur militare, vt ſuperiora procedant in creditorib. annuorum redituum, quam debitorum ſolutorum: contrarium, nu. 50.

11 Donans certum annuum reditum ex poſſeſſionibus ſuis nominibus earum non editis, neceſſe habet dare fundos mediocres eiuſdem reditus, vt liberetur, de quo vide etiam nu. 51.

12 Teſtator ſi reliquerit fratribus certas quaſdam ſalmas vini quolibet anno, an heres ejus poſſit præd. fratribus etiam inuitis ex bonis teſtatoris vnam vineam dare, ex qua percipiant d. vinum, eiſque relinquere curam vineæ, & vide etiam nu. 52.

13 Quando relinquitur alicui prædium cum onere ſoluẽdi aliquid ex fructibus eiuſdem prædij, an liberetur relinquendo prædium creditori, & vnde etiam n. 54.

16 Aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt.

19 Beneficium auth. hoc niſi debitor, C. de ſolu. ſoli incarcerato competit.

20 Beneficium dict. authent. hoc niſi, C. de ſolu. an habeat locum in debitore iurante adimplere promiſſa, & numero 21. vbi etiam an ſit neceſſaria relaxatio iuramenti?

21 Beneficium d. auth. hoc niſi, C. de ſolut. non eſt concedendum, creditore nihil petente, nec moleſtiam debitori inferente.

23 Beneficium d. auth. hoc niſi debitor, de ſolu. loquitur in illis debitis, quorum creditores habent actiones ex quocunque contractu ad recuperanda debita in debitores inuitos, ne marceſcant in carceribus.

24 Debitoris eſt & intelligitur, à qua inuito exigi pecunia poteſt, & per contrariũ ille creditor eſt, qui alienam fidem ſequutus mox recepturus eſt, quique actionem habet nulla exceptione elidibilem.

25 Creditor quis dici poteſt conditione pendẽte quo ad quædam, vel ſpei debitor, non tamen proprie & abſolute, multoq; minus ad gaudendum priuilegijs, quæ veris ac afflictis debitoribus dantur, adeo vt per defectum conditionis non dicatur quis liberari, ſed nunquam fuiſſe debitor.

26 Annui reditus an præſcribi poſſint.

27 Creditor tenetur recipere ſolutionem à tertio ſibi oblatam ſed an id in redimendo cenſum locum habeat.

28 Fraudis magna occaſio daretur ſi liceret bona æſtimata offerre pro datione in ſolutum ſortis principalis cenſus & redituum decurſorum, de qua fraude hic agitur.

29 Debitũ ſortis principalis cenſus reducitur ad actualẽ obligationem ob concurſum debitorum in fauorem creditorum, & ideo non debet in eorum odium retorqueri, vt in nu. 30.

30 L. à Diuo Pio, § ſi pignora, non habet locum inuito, ſed volente creditore, vt patet ex eo tex.

31 Debitor ſpeciei ſi eam habeat, vel faciliter cõparare eã poſſit, compellẽdus eſt præciſe ad eam in indiuiduo ſoluendam, nec poteſt pro ea alia bona æſtimata in ſolutum offerre.

33 Debitor non admittitur offerendo æſtimationem pro vino aut frumento debito, nec farinam pro frumẽto debito, vt in nu. 34.

35 Ceſſante cauſſa priuilegij, ceſſat priuilegium.

37 Debitor ad hoc vt liberetur ab vſuris, quæ requirantur & debeat facere,

42 Beneficiũ quitationis & dilationis à maiori creditorũ parte conceſſæ, præiudicat creditoribus, qui alias habet hypothecas vel fideiuſſorem, & nu. 43.

44 Ceſſante paupertate ceſſare debet & priuilegium ob illam conceſſum.

45 Hypotheca annuorum redituum eſt præcipuum fundamentum conſtitutionis cenſuum, & in eius poſſeſſore habet locum via exſecutiua ſine excuſſione aliorum bonorum principalis debitoris.

46 Creditor annuorum redituum tenetur prius in bonis maioratus excuſſionem facere, quam in ceteris bonis experiri quod ei debetur propter ſpecialis hypothecæ naturam, & nu. 47.

47 Beneficium auth. hoc niſi debitor, C. de ſolu. non rebus, ſed tantum perſonæ debitoris conceditur, & ideo tertius poſſeſſor bonorum hypothecaria actione conuentus eo beneficio vti non poteſt.

49 Auth. hoc niſi debitor, C. de ſolut. in quibus debitis locum habeat & procedat.

50 Differentia maxima aſſignatur in propoſito d. auth. hoc niſi debitor, inter cenſus & cetera debita.

55 Beneficiũ d. auth. hoc niſi debitor, C. de ſolut. an habeat locum in mercatoribus volentibus eo vti, & n. 56. an habeat locum in equitibus ſancti Petri & S. Pauli Lauretanis?

57 Creditores condemnati diffinitiue hoc eſt per exſecutoriam ſententiam, vt accipiant bona immobilia æſtimata in ſolutum pro debitis ſuis, iuxta deciſ. d. auth. hoc niſi debitor C. de ſolut. an poſſint omiſſa hac exſecutoria conuenire correum debẽdi, vel fideiuſſores pro eodem debito & nu. ſeq. eſt optima quæſtio: deciditur pars affirmatiua, nu. 63. limitatur, n. 64. & 65. & n. 66. cum plurib. d. limitatur.

18 Cautela optima proponitur, ad hoc vt reus correus pro correo inope conuentus, & fideiuſſor pro principali debitore gaudeat exemtione reo competenti, non vero ſibi: declaratur nu. 67. & 68.

59 Fideiuſſores dati ab his, qui non conueniũtur vltra quẽ facere poſſunt, regulariter in ſolidum tenentur. & ui principalis priuilegium non habent, quia illud eſt perſonale.

60 Creditor qui condemnauit vnum ex reis debendi, poteſt nihilominus alios correos debendi vel fideiuſſores cõuenire, & nu. 61. quod per ſolam petitionem etiam ſequuta condemnatione contra vnum ex pluribus reis debendi porrectam, alij nõ liberentur ſed neceſſariam eſſe ſolutionem integri debiti, & n. 62. caſu ſingularis ex prædictis deciditur.

69 Qui non eſt defenſor neceſſarius non poteſt vti remedio & cautela de qua ſ. nu. 5. veluti fideiuſſor minoris.

70 Beneficium c. Odoardus, de ſolut. clericis conceſſum, an eius fideiuſſoribus?

71 Iudex Eccleſiaſticus, coram quo vertitur cauſſa clerici, qui pro ſe allegauit beneficium c. Odoardus, minime poteſt inhibere iudicio ſecularem, coram quo conueniuntur fideiuſſores.

72 Fideiuſſores clerici coram iudice laico conueniẽdi ſunt, quando non ſumus in exceptionibus realibus vel mixtis, ſed in mere perſonalibus.

QVÆSTIO CXLVIII.

QVÆRO, † an ſtante diſpoſitione auth. hoc niſi debitor, C. de ſolut. & in corpore vnde ſumitur, in auth. de fideiuſſor. § quod autem. & l. 3. titul. 14. part. 5. quibus cauetur, quod debita debent ſolui. vt ſunt promiſſa, niſi debitor pecunia careat, & rerum ſuarum emtorem non inueniat, creditor † annuorum redituum compelli poſſit inuitus bona immobilia æſtimata in ſolutum accipere, tam pro ſorte principali, quam pro reditibus decurſis & decurrendis, vſque ad realem dationem in ſolutum, præcedentibus ſolemnitis & requiſitis ad verificatione dictorum iurium, de quibus requiſitis late egimus in noſtro tractatu de iuramento confirmatorio 1. part. capitul. 19. per totum.

Et pars affirmatiua in promtu eſſe videtur, ſiquidem iura prædicta indiſtincte & generaliter loquuntur in quibuſcunque debitis & debitoribus præcipue dict. l. Partitæ, ibi: *Pagamiento de las deudas deue ſer fecho &c.* Ergo indiſtincte & generaliter intelligenda ſunt, ſicque comprehendunt debitorem annuorum redituum, quia cum lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio, cum ſimil. de public. in rem actio.* Hinc
3 eſt, † vt procedant etiam in debito dotis, quia licet aliàs ſit priuilegiatum in hoc, tamen non inuenitur exceptum, *vt late iure comprobat Ioann. Vincent. Honded. conſil. 18 per totum, præcipue number. 56 ad finem cum ſeqq.* Licet contrarium velit Cepher. *conſil. 195. numer. 1. lib.*
4 pro eſt text. *in l. penultim. ff de iure dot.* ſed nihilominus ſecundum priorem ſententiam iudicauit Senatus ſolutionem dotis promiſſæ ſecundum *Anton. Theſaur. deciſio. 53 num.*

Secundo, quia eadem ratio militat in noſtra ſpecie debitoris annuorum redituum, quæ in ceteris debitoribus *De deudas ſueltas, vt communiter nuncupatur:* ergo idem in vtriuſque ſtatuendum eſt, *argum. l. illud, cum ſimil. ff ad l. Aquil.*

4 Lex enim † ſua clementina vtitur in concedẽdo hoc beneficium debitoribus non valentibus ſoluere in pecunia numerata præcedente exacta diligentia in ſubhaſtandis rebus ſuis, emtoribus non inuentis, *vt in dictis iuribus, & per nos, dict. cap. 23. per totum.* Quinimo
5 ſubhaſtationes † non ſunt neceſſariæ dummodo aliter probetur diligentia debitoris in perquirendis pecuniis, quæ ſola conſideratur, *vt habetur in dict. Auth. hoc niſi & per Rom. in l. 2. § mutui datio. num. 15. in fi. ff ſi cert. petat.* ſubhaſtatio enim fieri ſolet ad probandum, an diligentiam legitime adhibuerint, vnde quomodocunque probatur diligentia, ſufficit, vt iure probat in propoſito Vincen. Hond. *vbi ſupra num. 5.* qui *nu.* 56. addit, minime opus eſſe citatione partis ad videndum
6 fieri bannimenta. Requiritur † tamen quod ſimul cum bonorum oblatione ſufficiens quoque cautio, & ſic fideiuſſor creditoribus offeratur de euictione adeo quod non ſufficeret, ſi vellet poſtmodum illam cautionem præſtare, *ſecun. Ludouic. Roman. conſ. 6. incip. conſtitutio Curiæ. n. 5. ex Ang. in l. de pupillo, § fin. ff de nou. oper. nun. & in l. Prætor ait, § ſi quis paratus ff eodem, Purpur. in l. 2. § mutui datio, num. 118 ff ſi cert. petat. Ioſeph. Lud. deciſio. Peruſ. 64 n. 2. Iaſ. conſil. 9. lib. 1. Nat. conſil. 44. numer. 4. & alios plures allegans Theſaur. vbi ſupra, nu. 2* Sufficit
7 tamen, quod † debitor offerat ſe in continenti daturũ fideiuſſorem, *vt ex aliis probat Purpur. vbi ſupra*, qui hoc modo temperat dictum præceden. Roman. Simi-
8 liter † etiam limitat, quando debitori omnino eſſent remanſura plura alia bona immobilia, quæ hypothecata manere poſſent pro euictione, niſi quoque fideiuſſores reperire poſſet, quia tunc vtrumque tenetur facere & præſtare, *ſecundum ipſum Purp. ibidem numer.*
9 119. qui *nu. præc.* tenet, quod † ſi debitor non reperiret fideiuſſorem, ſtaretur eius cautioni iuratoriæ cum hypotheca bonorum, *vt declarat gloſ. in corpore d. Auth. & probat tex. ibi, cum omni cautela poſſibili.*

Hoc igitur beneficium legis tanquam Principis, latiſſime eſt interpretandum, *l. beneficium, cum ſimil ff. de conſtit. princ.* præcipue cum hic noſter caſus comprehendatur ſub proprietate verborum dictorum iurium nempe, *Porque ſon deudas las de los iuros.*
10 Quinimo † & tertio fortius annui reditus comprehendi debent ſub diſpoſitione præd. iurium, quia etſi annui reditus (ſeruatis tamen ſeruandis) à Sede Apoſtolica. Romaniſque ſummis Pontificibus approbati ſunt, & ita neceſſario profitendum attamen cum hi creditores annuorum redituum aliquibus annis eis gauiſi fuerint, & ſæpe ac ſæpius contingat, maxime his temporibus propter maximam penuriam nummorum, vt quam plurimis annis reditus perceperint, & nonnunquam quod reditus percepti adæquauerint ſortem principalem ſi forte eam iam non exceſſerint, maior ratio militat in hac ſpecie compellẽdi huiuſmodi creditores annuorum redituum accipere bona æſtimata in ſolutum pro ſorte principali & reditibus decurſis nõ ſolutis, cum etſi in hoc quodam modo grauari ipſi videantur, in alio releuati inueniantur, nempe quod plures reditus ſuæ ſortis iam exegerint, quam in ceteris debitis, quæ ſoluta vocantur, quorum creditores nihil perceperint, ſed ſuas facultates gratis debitoribus crediderint mutuo, vel alias ad creditum vendiderint aut locauerint ſine aliquo interuſurio: quinimo forſan debitori illud acceperit ex vſu pecuniæ vel fructibus rei venditæ, aut vſu rei locatæ.

Quarto † pro hac parte facit tex. *in l. ſi quis argentum,* 11
§ ſi vero C. de don. vbi diciditur quod donans certum annuum reditum ex poſſeſſionibus ſuis, nominibus poſſeſſionem non editis, neceſſe habet dare fundos mediocres eiuſdem reditus: Ergo dando hos fundos in ſolutum, liberatur: eſt igitur ibi tex. ad hoc, quod ſi debitor non vult habere onus portandi fructus ad domum creditoris, poteſt dare creditori fundum, vnde eos ſuſcipiat, *ſecund. Bald. in dict. § ſi vero, quem legit in princip. dict. l. ſi quis argentum, ſub nu. 7. & Caccial. ſtat. in citand. nec non & Purp. in dict. § mutui datio, ſub. nu. 117. in verſic. tertio declarari.*

Deciduñt † etiam Dd. ex illo text. (quod & hanc 12
partem iuuat) quod quando teſtator reliquit fratribus certas quaſdã ſalmas vini quolibet anno, & heres velit ex bonis teſtatoris vnam vineam dictis fratibus dare, ex qua percipiant dictum vinum, & eis relinquere curam dictæ vineæ poſſit hoc facere inuitis dictis fratribus, *ita Bald. in proprio loco ſub nu. in verſic. ſi vero,* nota: quod & tanquam ſingulare reaſſumit Iaſ. *in l. non amplius, § cum bonorum, ff de leg. 1* vbi dicit notandum tanquam quotidianum, *idem Iaſ. in d. l. 2 § mutui datio, in 17. fallent. & Pet. Gerar. ſing. 4. Cot. in memorab. incip. ſolui non poteſt, quos refert Tiraq. de vtroq; retract. tit. 1. § 1. gl. 7. num. 20. & Ioan. Bapt. Caccialup. in tract. de penſio. quæſt. 16. num. 11 volum. 5. tract. diuerſ. dict. fol. mihi 232. in antiquis:* Ergo ita & eodem modo dicendum videtur in debitore annuarum penſitationum, vt factis diligentiis debitis & non inuentis pecuniis poſſit compellere eius creditores annuorum redituum ad accipiendum bona immobilia æſtimata in ſolutum, ex quibus poſſint percipere totidem reditus quotannis.

Quinto † facit *l. ſi ius familiæ § apud Marcel. ff de leg.* 13
1 vbi habetur quod quando relinquitur alicui prædiũ, & præcipitur ei præſtare onus quodpiam ex reditibus illius prædii ſi velit is legatarius relinquere prædium creditori, liberatur hoc faciendo, per quẽ tex. ita tenet Ioan. And. *in addit. ad Specul. in tit. de inſtru. edit. § dict. de impugnatione, in verſ. nũc dicamus, de inuen. n. 15. in addit. incip. de Trebellianica, liter. l. ibi, Sed adhuc quæritur.*

Et in † terminis ex ſup. dict. ita deducit Tiraq. *vbi* 14
ſup. d. n. 10. in princ. & ſequitur nouiſſime D. Azeu. *in l. fi. ſub n. 13. tit. 21. lib. 4 No. Col. Reg.* dicẽs quod quamuis Tiraq. id velit procedere in donatione, idẽ tũc cõtractu oneroſo, ſi plures adſint creditores bonorũ hereditariorũ vel nõ hereditariorũ, ſi in hoc vltimo caſu nõ reperiatur ẽtor bonorũ, affirmãs ſe iã ita vidiſſe vna ſẽtẽ

tia in praxi fuiſſe deciſum,licet pronũc non affirmet,
vt ſolidum &firmum hoc de bonis æſtimatis in ſolutũ
pro cenſibus dandis, ſed quod de æquitate deberet in
iudiciis admitti paſſim:quinimo &olim hęc pars affir-
matiua in praxi viguit,& obſeruabatur exſequutoriis
literis ſuper hoc latis in curia Valliſolet.vt vidi,&alii
teſtantur vidiſſe.

15 Hæc † autem ſententia, vt prædictis fundamentis
patet,procedit & loquitur tantum,quando bona im-
mobilia æſtimata offeruntur,&dantur in ſolutum pro
cenſibus, ex quibus bonis immobilibus reditus per-
cipi poſſint,non vero procedit in bonis mobilibus æ-
ſtimatis in ſolutum oblatis, ſiquidem ex eis nulli re-
ditus colligi poſſunt pro ſatisfactione annuorum re-
dituum, quia tanc ceſsant fundamenta huius primæ
partis,eorumque ratio.

Rurſus pro contraria parte,& ſic negatiua, adſunt
in ſpecie præmiſsa non inferiora fundamenta, imo
fortiſſima.

16 Primum†quidem regula vulgaris & generalis,quę
habet,aliud pro alio inuito creditore ſolui non poſse,
*l.2.§.mutui datio,ff ſi cert.petat. l. ſi ſe non obtulit, §. ait
prætor, ff. de re iud.l.item liberatur,§ qui paratus,ff.quib.
mod pign vel hypot.ſolu.l 3.tit.14 part.5 de quo plura per
Modern in dict §.mutui datio, Roman.dict.conſ.136.&nos
de iuram.confirm.1 part.c.19.Baec de inope debit c.1.à n.
46.Ioſeph.Lud.deciſ.Peruſ.64 Duennas reg.155.Parl.lib.
2.rerum quotid.c.vltim.5.part.§.17.à n. 6. Ant. Theſaur.
deciſ.Pedem.153.per totam,Vincent.de Hond.conſil.18.nu.
24.cum ſequentibus.*Nec obeſt,quod hæc regula ſit le-
gis clementia modificata,quando debitor pecunia ca-
ret,& rerum ſuarum emtorem non inuenit, *vt in dict.
Auth.hec niſi debitor,C.de ſolut.cum ſimul ſ. citat.* quo-
17 niam† benignitas hæc cum præiudicium tertii conti-
neat,& ſit exorbitans à iure communi,&contra men-
tem contrahentium,ſtricte accipienda eſt,& quomi-
nus poſſit creditorum iuri derogare,*argum.l.2.§.meri-
to,&§.ſi quis à Principe,ff.ne quid in loc.publ l.ſi quando,
C.de inoffic.teſtam.text.in cap.quæ à iure,de reg.iur. & in
terminis ita Rom.dict.conſil.163.nu.1.ad fin. & nos dict.c.
20.de iuram.confirm.nu.3.& Vinc.de Franc.d.deciſ.8.n.*
18 *7.ad finem.*Fuit †enim ea benignitas contra acerbiſſi-
mam creditorum in debitores poteſtatẽ introducta,
qua non adimplentes promiſsa,non modo eos in bo-
nis exſequi ſolebant,ſed &corpus vincire, cruciari, in
partes que diſsecare,vel venũdare cum vxore &filiis,
de quo ſit mentio in Euangelio Matth capit.18.& ri-
gidiſſima in hoc ſtabat,*l.12.tabularum, de qua meminit
Fab.lib.7.inſtit.cap.4.D.Couar.lib.2.variar.reſolut.c.1.in
princ.&n.1.& alii relati per Baec.dict.c.1.n.56.cum ſeqq.
& Anton.Theſau.d.deciſ.153.*&ſaltem debitor non ſol-
uens creditori ſeruituti addicebatur,&ignominioſum
bonorum ceſſionis beneficium,vltimum erat debito-
ris remedium,in quod cum omnimodo deueniendum
eſſet,lenire voluit Iuſtinianus creditorum iracundiã,
ſine eorum burſæ incommodo aut præiudicio: nam
cum ſolutio debiti in illis bonis ceſſis neceſſario erat
facienda cum debitoris ignominia, nihil creditorum
intererat ignominiæ remotio,vt oſtenditur manifeſte
in dict.§ quod autem, Atuh.de fideicomm:

19 Ex quo†merito dicebat Caſtel.*in l. 20. Tauri. in gl.
En dineros,num.5.ad fin.* quod beneficium illud ſoli in-
carcerato competeret:& fulciri poteſt eo, ſcilicet, ne
in carcere marceſcere cogerentur.

20 Hinc†etiam dicebat Ioſeph Ludouic.*dict.deciſ.Pe-
ruſ.64.numer. 8. cum ſequent.* viſum fuiſſe magis com-
muniter,quod licet ob virtutem iuramẽti quis tenea-
tur præciſe adimplere promiſſa cum iuramento,nihi-
lominus ne cato humana marceſcat in carceribus cõ-
muni calculo conſtituerunt,vt ſi quis bona ſua ſubha-
ſtaſſet & perquiſiſſet emtores, eoſque non inueniſſet,
& docuerit eſſe pauperem,&non habere modum ſol-
uendi in pecunia offerretque fideiuſſorem, & liſtam
bonorum ſuorum ad libitum creditorum,juxta diſpo-
ſitionem *dict.Authent.hoc niſi*,tunc non obſtante pa-
cto iurato liberetur, & creditor inuitus teneatur reci-
pere bona ęſtimata in ſolutum,vt ibi late nititur pro-
bare cum communi, & probat latius Vincent. Hon-
ded.*vbi ſupra num.39.cum ſequent.*Sed&†Ioſeph Lud. 21
*vbi ſupra numer.12,cum ſequentib.*ampliat,vt procedat,
non ſolum tacite,ſed etiam expreſſe medio iuramento
renuntiando diſpoſitioni *dict.Auth. hoc niſi*, quamuis
in hoc contrarium,vt verius (prout eſt) probauimus,
dict.cap.29.num.3. cum ſequentib. & poſt nos Vincent.
de Franc.*dict.deciſ.8 .num.9.& cum ſequ.* vbi alios plu-
res idem tenentes nobiſcum refert, & præcipue Ant.
Theſaur.*vbi ſupra num.*13.vbi quod ſecundum hanc o-
pinionem,quæ videtur communis, iudicauit ſenatus:
id quod etiam tenuit Hondede.*vbi ſupra nu.* 48 Pro-
cedit ergo prima opinio communis contrario in iu-
ramento ſimplici &generali de ſoluendo certam quã-
titatem:tunc enim ſi factis neceſſariis diligentiis debi-
tor,qui iurauit non inueniat pecunias, nec eas poſſit
ſoluere,poterit nihilominus vti dicto beneficio etiam
non obtenta prius abſolutione à iuramẽto:licet enim
tutius eſſet eam obtinere,nihilominus non eſt neceſ-
ſaria, vt contra Ioſephum Ludouic. probauit Hon-
ded.*vbi ſupra num.52.* Sed nihilominus dum Ioſephus
Ludouicus requirit abſolutionem à iuramento, eius
in hoc opinionem ſequitur Theſaur. *vbi ſupra nu.13.
ad finem*,vbi etiam tenet hanc de qua agimus declara-
tionem dicens ita intelligendum eſſe Ioſephum Lud.
vbi ſupra ſecus vero erit ſi iurauit in ſpecie ſoluere in
pecunia numerata,& à fortiori,ſi cum iuramento re-
nuntiauit beneficio dict. Authen. quia tunc ceſſabit
eius beneficium,*vt diximus vbi ſupra*,& tenet Gozad.
*conſil.27.num.28.& conſil.32.nu.19.Brun.de ceſſione bo-
norum,quæſt.34.quarta quæſtionis principalis,& Honded.
vbi ſupra nu.*48.niſi poſt renuntiationem vel iuramen-
tum ſuperueniret debitori caſus inopinatus impoten-
tiæ,vt reſoluimus *vbi ſupra num.5.ad finem*, & probat
Honded.*vbi ſupra num.* 44. Hanc eandem limitatio-
nem ſequitur Theſaur. *vbi ſupra num.* 13. dicens quod
eam probauit Senatus.

Fit igitur †ex ſupradictis, quod creditore nihil pe- 22
tente, nullamque moleſtiam debitori inferente, non
eſt ei immature beneficium hoc indulgendum, cum
ſi hoc fieret,magis abuteretur debitor beneficio legis,
quam vteretur eius benignitate, & legum clementia
in malitiæ commodum conuerteretur,contra tex.*in l.
ſuperuacuam,in fi.C. depoſit.l.itaque fullo,ff.de furt.& ibi
cap.ſi ad probationem.22.quæſt.4.*

At cum†beneficium doct.Auth.*hoc niſi,cum ſimil.*vt 23
ex eis patet,loquatur in illis debitis: quorũ creditores
habent actionem ex quocunque contractu ad recupe-
rãda debita in debitores inuitos,ne marceſcãt in car-
ceribus Debitor†autem is eſt,&intelligitur ſaltem in 24
propoſito à quo inuito exigi pecunia poteſt,*l.debitor,
80 ff.de verb.ſign.*&per contrariũ, ille creditor eſt, qui
alienam fidem ſequutus mox recepturus eſt,*l.1.ad finẽ
ff.ſi cert.petat.* quiq; actionem habet nulla exceptione
elidibilẽ,*l.creditor,55 ff.de verb.ſignif.*merito vt in ſpe-
cie noſtræ quæſtionis locũ nõ habeat,cum debitor cẽ-
ſus cogi non poſſit ad eum redimendum inuitus. Et
quamuis † conditione pendente quis creditor dici 25
poſſit quoad quędam,vel ſpeciei creditor,*vt in l.is cui,
41.ff.de action.& obliga.l.creditores, 6.ff de verb. ſignifi.*
non tamen proprie & abſolute multo minus ad gau-
dendum priuilegiis, quæ veris ac afflictis debitori-
bus dantur, adeo vt per defectum conditionis non
dica-

dicatur quis liberari ſed nunquam fuiſſe debitor,*vt in
l.decem 1.. ff. de verb.oblig.*

Cum ergo in annuis reditibus, de quorum redem-
tione agitur,ſors ab inuito cenſus debitore exigi non
poſſit ex natura contractus cenſualis ita cõſtituta per
extrauagantes *Martin & Calixti de emtion.& vendit.*
dici non poteſt,qui cenſum conſtituit ſuper ſuis bonis
immobilibus ſortis debitor,nec dominus cenſus,cre-
ditor ſortis, vt illi aduerſum hunc competere poſſit
beneficium,de quo agimus.

26 Hinc† dici ſolet,annuos reditus pręſcriptione tolli
non poſſe, hoc eſt, non incipere eorum præſcriptio-
nem ab exordio obligationis, ſed à tẽporę ceſſationis
cuiuſlibet annui,vel mẽſi vel alterius ſingularis reis in
obligatione adiectæ, quia eorum quotannis naſcitur
oblatio,nuc præexiſtit ſortis debitum, *vt in l. cum no-
tiſſimi,§.in his,C.de præſcript.30.ann.& ibi Salycet. gl.in
capit.conſtitutus, de relig.domin.Gig de penſion quæſtion.
85.Guid. Papa deciſion. 406.& plures referens Myrſing.*
27 *centur 3.obſeruation.11.*Ob eamque†rationem, licet a-
lias teneretur creditor recipere ſolutionẽ ſibi a ter-
tio oblatam,*l.tale pactum, § poſt diuiſionem,ff de pact.v-
bi Angel.tradit Paulus Caſt.numer. ſecund Iaſon ſeptim.*
id tamen in annuis reditibus nõ procedit, nec tenetur
dominus cenſus eum redimere ad inſtantiam tertii,vt
ei cedat iura:argumento traditorum,per Baldum *conſ.
190.volum.5* Sed circa præſcriptionem annuorum re-
dituum tenendum eſt quod reſoluimus *ſupra hoc libro
primo practicar.quæſt 9 numer.tert.cum ſequentib* me-
rito ergo quod beneficium *d.Authent.hoc niſi, cum ſi-
milib.* non procedat in his cenſuum redemtionibus.
28 Quod †etiam ea maxima ratione fulcitur, ſi aduerta-
mus,in contrarium multis ac doloſis debitorum frau-
dibus in magnum creditorum damnum portas aperi-
ri:quiſque enim cenſus debitor optima ſibi anni ſteri-
lis (in quo difficilius rerum inueniuntur emtores) oc-
caſione vteretur,vt æſtimatis ſuis rebus immobilibus;
quę ſæpe parui ſunt lucri,quod nuper in pecunia re-
cepiſſet principalem ſortem cenſus offerret, & redi-
meret in bonis immobilibus æſtimatis: Hoc namque
negari non poteſt, quin in maximum abſurdum, &
creditorum damnum ſit, præmaxime cum neque ab
eo tũc exigetur redemtio,neque exigi poſſit,nec præ-
ciſe tunc debeat fieri ſolutio ſortis,ſed quãdo ipſe de-
bitor voluerit,commodiuſq; poſſet exſpectari tempus
ſi bona ſua immobilia ad redimendos cenſus venũda-
ri voluerit,quibus fratribus omnino obuiandum eſt,
*ex l.in fundo,§.cen.uimus.ff.de re iudic.l. .§. perſuadere,
de ſeru corrupt.*

29 Nec dicatur,†ob creditorum concurſum debitum
ſortis cenſus ad actualem obligationem reduci,& vo-
luntarium iam neceſſarium fieri, *argum.l quæſitum,ff de
pignor.& eorum quæ tradit Roder.Suar. in l. poſt rem iu-
dicatam, in declaratione l.Regi limit.6.num 2.de re iudic.*
30 Nam†cum id procedat in fauorem creditorum, non
debet in eorum odium retorqueri,contra l. Reg *quod
fauore,C de leg l generaliter,§.in his,C de ſecund.nupt c.
quod ob gratiam,de regul.iur* &cum ipſi cenſuum domi-
ni nolint iſto priuilegio vti, quod ex concurſu debita
voluntaria neceſſaria fiant, in inuitos conferri non
poteſt nec debet huiuſmodi beneficium,*l.inuitus,19.
§.quod cuique ff.de regul.iur* alias enim duo concurre-
rent ſpecialia contra regulam, *leg. 1 C.de dot.promiſſ.*
alterum quod cenſum poſſet redimere offerendo im-
mobilia,æſtimata in ſolutum,aliud, quod beneficium
conceſſum alias in fauorem creditorum, in eorum o-
31 dium retorqueatur Non etiam † impedit. *l.à Diuo
Pio,§.ſi pignora ff de re iudicat.& l. ſecunda, Codic.ſi in
cauſ. iudic.* vbi ſi non reperiantur emtores res addi-
citur creditori,quia nec ibi dicitur quod res æſtimata
addicatur,ſed potius pro ea quantitate quæ debetur,
nec illud locum habet in inuito, ſed tantum volente
creditore vt patet ibi, *Si creditor maluerit.*

Secundo†principaliter hæc pars negatiua illo per- 32
emtorio aſtrui videtur fundamento quod beneficium
dict.Auth.hoc niſi cum ſimil procedit (vt ex litera pa-
tet)quoties debitor pecunia caret,&emtorem rerum
ſuarum non inuenit,&ſic quoties factus eſt impotens
ad ſoluendum debitum in ſpecie quam promiſit, hoc
eſt in pecunia numerata, aliàs enim, ſi eam haberet
in promtu, vel redigere facile poſſet ex venditione
rerum ſuarum, minime eſſet admittendus ad ſol-
uendum aliud pro alio, vt in primo fundamento hu-
ius partis:id quod manifeſte probatur *in dict. Authen.
hoc niſi, cum ſimilibus*, & omnes communiter confi-
tentur, nemine diſcrepante, ſequentes Iuriſconſul-
torum deciſiones claras. Vnde fit, vt idem ſit dicen-
dum in debitore cuiuſcunque ſpeciei, nempe vt ſi
eam habeat vel faciliter comparere poſſit,ſit compel-
lendus etiam inuitus, & exſequutiue ad eam in indi-
uiduo ſoluendam nec poterit tunc temporis pro ſpe-
cie debita,quam poteſt habere & ſoluere alia bona æ-
ſtimata in ſolutum creditori inuito offerre, nec dare,
vt patet ex eiſdem iuribus, & doctoribus, non enim
cogitur creditor inuitus recipere ſpeciem pro ſpecie,
*l.ſed ſi certos,ff.de legat.1.Bartol.in l.talis,eodem tit.Caſt.
in dict.l.20 Tauri.in gloſſ En dineros, ibi Quia neque co-
gitur.*Neque † æſtimationem pro vino aut frumento 33
debito,*vt per Palador.lib 2 rerum quotidian. capit fin.
.part §.1 .numer.15.* Nec † farinam pro frumento de- 34
bito,*Bart.in l.2 § mutui datio,num.2 .vbi Iaſ.numer.4.
communem teſtatur ff ſi certum petatur, & Palador.vbi
ſupra.*

Sed venditor cenſus habet poteſtatem & faculta-
tem ſoluendi ius illud percipiendi cenſum ex fructi-
bus rerum immobilium ſuper quibus eum impoſuit,
&cõſtituit principio nec tenetur aut compelli poteſt
vllo modo ſortem principalem ſoluere,quia hoc eſt
omnino voluntarium,vt prædiximus: ergo nullo pa-
cto admitti debet ad danda bona immobilia æſtima-
ta in ſolutum pro exiſtinctione cẽſus creditori inuito,
ſi malit ipſe exſequutionem petere in ipſis bonis cen-
ſui ſuppoſitis,& fructibus eorum pro exigendis redi-
tibus eorum decurſis non ſolutis.Poterit namque op-
timo iure repellere debitorem hoc petentem, hac ex-
ceptione quod ipſe creditor habeat ius percipiendi
fructus, redituſque ex prædictis bonis ſuper quibus
impoſitus fuit cenſus, atque ita quod in ipſomet iu-
re percipiendi fructus fieri debeat exſequutio &ſolu-
tio annuæ penſionis,& in eorum colonis,vel inquili-
nis virtute ſcripturæ cẽſualis auctoritate iudicis quo-
uſque ex reditibus fundorum,vel alias ſoluantur ter-
mini decurſi cenſus: nec aliquid præſtabit, quod de-
bitor deſierit iam poſſidere fundos cenſui ſuppoſitos,
vt plerumque contingit in alienatione ipſorum, vel
alias,quia hoc nihilominus non obſtante,creditor via
exſequutiua vti poterit abſq; aliqua excuſſione in ip-
ſiſmet fructibus & iure percipiendi ipſorum ex illis
fundis,qui cenſui fuerunt ſpecialiter ſuppoſiti, quam-
uis nunc penes tertios aſſeſſores reperiantur, vt infra
dicemus:Ergo in ſpecie fieri poteſt & debet exſequu-
tio &ſolutio:nec de ſorte principali cenſus redimen-
da poteſt agi,quia ipſa adhuc non debetur pręciſe,ita
vt eius debitor poſſit compelli inuitus eam ſoluere
nunc nec alio vllo tempore,ſed tunc demum,cum de-
bitor ipſe voluerit & potuerit: ergo cum ad hoc fa-
ciendum nullo tempore arctetur, ceſſat cauſſa finalis
conceſſionis beneficii *dict.Authen.hoc niſi,cum ſimilib.*
Ceſſante namq;†cauſſa priuilegii,ceſſat priuilegium, 35
vt late per Tiraq.de cauſ.ceſſan.1.part.nu.203.

36 Quibus†ſit,vt hanc partem & opinionem negati-
uá in terminis propriç noſtrç quçſtionis tenuerit Pau-
lus de Caſtro *conſil 47 num 3.in 2.part.cenſ.* reſoluens,
quod obligatus in genere ad ſoluendum quotannis al-
teri certos reditus , non poteſt eidem aſſignare vnam
petiam terræ , cuius reditus ſufficiant ad dictos redi-
tus ſoluendos,ſed quod non perciperetur ex vno præ-
dio,tenetur ſoluere ex aliis,argumen.*l.quidam teſtam.*
*ff.de leg.*1 & ideo non debet auditi volens aſſignare v-
nam poſſeſſionem &liberari à debito quantitatis:quia
ſic vbi periculum eſt ſuum,transferet in alium, quod
in ſua poteſtate eſſe non debet, *argum. l.3 §.1.ff. de iu-
reiurad.idem voluit Maſuer. in tit.de locat. & emphit.*
§.item ſecundum,& Baldus *in l.creditor, la 2 ff.ſi certum*
petatur , dum dicit , quod ſi onus quodpiam reale eſt
habens originem principaliter à re ipſa , debitor li-
beratur cedendo creditori : ſed vbi debetur à perſona
ratione perſonæ ſecus eſt,quia concernit totum patri-
monium præſens & futurum , per multa ab ipſo ibi
allegata,quos auctores ad hanc quæſtionem noſtram
refert & ſequi videtur , ſiquidem eos vltimo loco ci-
tat,remanens cum ipſis Tiraquellus *de vtroque retract.*
vbi ſupra num. 21.facit Menoch. de arbit. iudic. 2 cent.
37 *3 caſu 232 numero ſexto,* vbi † ad hoc , vt debitor libe-
retur ab vſuris,intra alia requirit & ſexto,quod depo-
ni debent pecuniæ numeratæ ſortis,& quod non ſuf-
ficeret ſi bona alia deponerentur,vt illa in ſolutum ce-
derent,*ſecundum Roman.conſil.153.conſtitution.& Iaſon*
conſil. 44. in fine libr. prim. Et quamuis non loquatur
Menochius his verbis in indiuiduo noſtrç quçſtionis,
nempe quando non poteſt debitor ſoluere ſortem
principalem in pecunia numerata, quia eam non ha-
bet,nec rerum ſuarum inuenit emtores , nihilominus
tamen in hac eadem ſpecie loqui videtur,tum quia a-
lias non haberet vllum dubium ſua deciſio ; tum etiã,
dum citat Roman. *dict. conſ.165.* qui loquitur in ter-
minis *dict. Authen.hoc niſi, cum ſimil.* tametſi noſtram
quæſtionem non inuenio ipſum tetigiſſe, verſatur ta-
men totum illud conſilium circa materiam dict. Auth.
hoc niſi:deinde in terminis hanc partem tenet &pro-
bat nouiſſime Virginius de Boccat.*in tit. de interd.vti*
poſſid.ſiue de manutenent.capit.18.in quæstion.de cenſibus,
numer.66. fragili tamen fundamento,nempe,dum per
motum proprium Pii V.de forma creandi cenſus ca-
uetur,quod ſi ipſe emtor velit emere rem cenſui ſup-
poſitam præferatur , quando alteri venditur : Ergo ſi
nolit non compellitur : Motus namque proprius ille
non loquitur in noſtra ſpecie, ſed regulariter:quando
debitor vult vendere rem cenſui ſubiectam alii,inquit
namque,tunc præferendum eſſe emtorem cenſus , ſi
velit rem ipſam pro pretio eodem retrahere , quo ca-
ſu fatemur planum eſſe, non eſſe compellendum em-
torem cenſus inuitum eam retrahere vel accipere:
attamen caſus hic diuerſus admodum eſt à noſtro , in
quo ob concurſum creditorum & impotentiam de-
bitoris ad ſoluendum omnibus in pecunia numerata,
contenditur , an dominus cenſus poſſit compelli in-
uitus accipere bona in ſolutum çſtimata:nihilominus
tamen opinio iſtius Moderni ſatis comprobatur ex
ceteris ſupra enarratis fundamentis Sed &eandem o-
pinionem voluit tenere Vincentius de Franc.*dicta de-
ciſion.Neapolitan.81.ſub numero nono,*dum inquit, ma-
ximam æquitatem vltra rigorem concurrere ex parte
creditoris,vt ſi debitor emit introitus , & ob non ſo-
lutionem cogitur reſcindere contractum & poſtea
in ſolutum introitum emtorum cogeretur recipere
domos & territoria,& forſan inutilia : & licet loqua-
tur ſtante pacto renuntiationis dict. Authen. *hoc niſi,*
eadem tamen ratio conſiderari poteſt in noſtra ſpe-
cie,ſiquidem ſolutio ſortis cenſus eſt voluntaria, non
vero præciſa,ergo eadem æquitas(vltra rigorem con-
currit ex parte creditoris, ne cogatur recipere bona
immobilia æſtimata , forte inutilia , in locum ſortis
cenſus & redituum decurſorum.
Quid †tenendum in hoc difficili articulo ? Ego v- 38
triuſque partis rationibus cum deliberatione penſatis,
atque ruminatis,ſecundæ præcedenti,& ſic negatiuæ
opinioni adhæreo , illamque cenſeo veriorem , atque
de ſtricto iuris rigore probabiliorem eſſe,nẽpe vt be-
neficium *dict. Auth. hoc niſi, cum ſimil* non habeat lo-
cum vllo modo contra dominos cenſuum,ſed tantum
contra creditores aliorum debitorum,quæ vulgo nũ-
cupantur *Deudas ſueltas*, ex fundamentis ſupra addu-
ctis pro hac ſecunda parte, quæ profecto præponde-
rant contrariis , quibus ex illis ſatisfit , & nuncupa-
tim ſingulis eorum infra reſpondebimus. Quinimo &
iam†his temporibus ſecundum hanc negatiuam ſen- 39
tentiam paſſim in praxi deciduntur huiuſmodi cauſſæ
in Regali Cancellaria Valiſolet.vbi quam plures exſe-
quutoriæ Regales decernuntur , quibus domini cen-
ſuum hoc petentes à ſimili petitione debitorũ abſol-
uuntur, & apud nos quotidie emanant , quaſi abolita
iam,& in totum omiſſa praxi antiqua contraria,cuius
ſupra meminimus:vti re melius perſpecta&intellecta:
& in dubiis quæſtionibus praxis magnam vim atque
auctoritatem habet,præmaxime cum hæc pars nega-
tiua iuxta quam nunc pronuntiatur , & quæ in praxi
proculdubio recepta eſt ſit etiam iure probabilior,at-
que eidem iure conformior,vt videmus.
Quæ †maiori ratione procedunt (prout etiam in 40
praxi vidi obtentum) & eſt procul dubio in cenſibus
cõſtitutis facultate Regia ſuper fundis alicuius ſtatus,
nempe Ducatus,Marchionatus vel Comitatus,aut al-
terius cuiuſcunque maioratus particularis:cum enim
creditor cum illa hypotheca bonorum locupletem ſa-
tis habeat debitorem quem libet, nẽpe ſtatus vel ma-
ioratus poſſeſſorem, ceſſat iam debitoris inopia, quæ
cauſſam dedit deciſioni *dict. Authen.hoc niſi,cum ſimil.*
Vnde ceſſare quoque debet eius diſpoſitio Prout †in 41
ſimili beneficio quietationis &dilationis à maiori cre-
ditorum parte conceſſa , quod non præiudicet credi-
toribus, qui alias habent hypothecas, probat tex. *in l.*
reſcriptum,ad fi ff.de pact.vlt.§ ſi vero C.de ceſſ.bon l.6.
tit.15.part.5 & ibi Gregor.Lopez *gloſſ.6 & 8* idem eſſe
affirmat in habentibus fideiuſſorem,per tex.optimum
in l ſi præcedente,58.§.vltim ff mand.Beneuen.de decoct.
6 part.numer.1,Sic†etiam ceſſio bonorum facta prin-
cipali debitori,eius fideiuſſori non prodeſt quin à cre- 42
ditore conueniri valeat pro reſiduo:*text.in §.fin.& ibi*
Aret Inſt.de replic.l.heres à debitore §.quod ſi ſtipulator,
ibi Bart.ff.de fideiuſſ.Matth. Brun.in tract. de ceſſ. bon.
quæſt.8 princip.nu.1 & 6 alios allegans,expreſſe, l.3 tit.15.
part.5 & ibi Greg.Lop.gloſ.fin.
Similiter † etiam beneficium quinquennnlis dila- 43
tionis principali debitori conceſſum non prodeſt eius
fideiuſſori,*vt lato iure probat Matth. Brun. vbi ſup. n.3*
cum ſequent. & Rebuff. 2 tom. in conſtitutiones Regias
Galliæ in tract.de liter.dilator.art.1 gloſſ.1 numer. 41. vbi
limitat†quando aliud cauetur in literis priuilegii pro- 44
vt de conſuetudine & Stylo communi Franciæ fit.
Ceſſante enim paupertate, ceſſare debet & priuilegiũ
propter illam datum,*iuxta gloſſ. in §.vltim. in verb.ceſ-*
ſauerint,25.quæſt 2 Roman. conſil. 404. in caſu propoſitæ
*conſultationis,Tiraquel.de cauſſ.ceſſ.1 part nu. 196.*Deni-
q;†& quia hypotheca annuorum redituum eſt præ- 45
cipuum fundamentum conſtitutionis cenſuum , & in
eius poſſeſſorum habet locũ via exſequutiua ſine ex-
cuſſione aliorum bonorum principalis debitoris, ex
adductis per doctor.Couarr. *lib.3 variar. reſolut. cap.7*
numer.6 & per nos in repet. l. nemo poteſt, numer. 31. cum
ſequen.

ſequent.ff.de leg.1.in ſecunda impreſſione,& lib.1.tract.q.
46 *167.numer.4* Imo†verius ac receptius eſt , creditores
redituum teneri prius in bonis maioratus excuſſio-
nem facere , quam in ceteris bonis experiri, quod eis
debetur propter ſpecialis hypothecæ naturam,de qua
in l.1 C.de pign. & in terminis maioratus Molin.*lib.4.*
*de Hiſpan primogenit cap.7.numer vigeſim. prim.*Et hæc
ſententia recepta eſt in præfata Regali Cancellaria,vt
47 accepimus Accedit†alia non infirma ratio,nempe au-
ctoritas ſumma Regia,qua bona maioratus ſuper qui-
bus annui reditus conſtituuntur : ergo illamet in ſpe-
cie exſequi poterunt, ſi annui reditus non ſoluantur,
poſſeſſore maioratus non audito volente inuito cre-
ditore vel creditoribus annuorum redituum, & mul-
to minus herede vel exſequutore teſtamentario vlti-
mi poſſeſſoris maioratus prædefuncti,qui bona maio-
ratus facultate Regia cenſibus ſuppoſuit) dare alia bo-
na æſtimata in ſolutum pro redemtione illorum cen-
ſuum,tum ex ſupra adductis, tum etiam quia eſſet ve-
nire contra ſummam noſtri Regis poteſtatem, de qua
dubitare eſſet abſurdum. Tandem cum creditores ho-
rum cenſuum cum facultate Regia conſtitutorum ſu-
per bonis maioratus habeant ſuper his ſpecialem &
ſufficientem hypothecam,vt ex fructibus &reditibus
prædictorum bonorum percipiant ſuos annuos redi-
tus,& præterea debitor non cogatur hoc vel illo tem-
pore eos redimere, ſed ſit in eius facultate eorum re-
demtio,ſicque à creditoribus minime compelli poſſit
vnquam ad eos redimendos, quomodo quæſo gaude-
re poteſt beneficio dict Authen *hoc niſi debitor, cum ſi-
milib.* qui non premitur , nec vexatur ſuper exactione
ſortis , ſed tantum pro reditibus decurſis , qui ex fru-
ctibus & redditibus bonorum faciliter , & ſine vexa-
48 tione perſonæ exigi,& recuperari poſſunt.Non†enim
præfatum beneficium *dict. Authen.hoc niſi,* rebus, ſed
tantum perſonæ debitoris,conceſſum,atque ideo ter-
tius poſſeſſor bonorum hypothecaria actione con-
uentus eo beneficio vti non poteſt, nec bona æſtima-
ta in ſolutum prçſtando liberatur,*vt ex Cyn.& Ferrar.*
deduximus de iurament.confirmat.1.part. cap. 29. numer.
*vltim.*Ergo cum hic poſſeſſor maioratus,nec alius de-
bens cenſus annuos, ſit proprie aut pure debitor ſor-
tis principalis cenſuum , quia compelli non poteſt ad
eam ſoluere, ſed à ſuo libito & propria voluntate re-
demtio eius dependet,conſequitur vt prædicto bene-
ficio conceſſo puris & propriis creditoribus,hoc eſt,
qui pro debitis conueniri , compelli , exigi & vexari
poſſunt vti nec gaudere poſſit,qui pro debitis conue-
niri compelli aut vexari inuitus non poteſt ſed neque
etiam pro reditibus decurſis , cum pro eis exigendis
habeat creditor ius ſibi conceſſum & venditum,nem-
pe percipiendi ex fructibus , & reditibus fundorum,
qui cenſui ſunt obnoxii.
49 Nunc † ſatisfaciamus ſigillatim fundamentis con-
trariis. Ad primum quidem reſpondemus , procedere
ſimpliciter,&indiſtincte in quibuſcunque debitis,ſci-
licet, *Deudas ſueltas* , quæ ab inuitis debitoribus exigi
poſſunt, & pro quibus quis vinciri & cruciari poteſt,
vt per beneficium dict.Auth.*hoc niſi ab his*,&ſimilibus
infortuniis, vexationibus, & moleſtiis liberentur mi-
ſeri debitores,non vero procedit à ratione ceſſante,in
his debitis quæ exigi ab inuitis non poſſunt, ſed eorũ
ſolutio, quoad tempus , quo fieri debeat , dependet à
voluntate & facultate debitorum : eligere ergo ſibi
tempus commodius ad ſoluendum ſortem principa-
lem poterunt,non vero modum ſoluendi.Quod ſi pe-
cuniis careant, differant ſolutionem in aliud tempus,
quo ſibi ſuppetant,alias enim mille fraudibus occaſio
præberetur, *vt prædiximus.*
50 Ad ſecundum , † quod fortius videbatur ceteris,
nempe ex idẽtitate & maioritate rationis in cenſibus,
quam in ceteris debitis, reſpondemus,maxime diſtare
inter hæc duo,ea ratione,quod debitor extra cauſſam
cenſus eſt proprie debitor,quia compelli poteſt ad ſo-
lutionem debiti,&exigi inuitus:vnde cum eo tempo-
re quo impetitur &premitur,non habeat,nec inueni-
re poſſit pecunias quibus ſoluat,merito,vt ita preſſus,
&inter anguſtias conſtitutus fruatur dicto priuilegio:
at vero debitor cenſus non poteſt cogi,nec premi in-
uitus redimere cenſum,& ſic ſortem principalem ſol-
uere, cum ſit volũtarius debitor quoad tẽpus ſolutio-
nis ſortis,nõ vero prçciſus,nec neceſſarius,& quia re-
ditus decurſos , pro quibus exſequitur inuitus poteſt
ſoluere in fructibus , & reditibus, ſuper quibus eſt
cenſus conſtitutus.
Ad tertium†ex dicta lege *ſi quis argument. §. ſi vero,* 51
C.de don. reſpondemus, id quidem eſſe ſpeciale in ca-
ſu donationis huiuſmodi penſitationum in fauorem
donantis:ſecuſque eſſe in aliis caſibus, vt Bald.ibidem
& pleriq; ex præcitatis auctoribus in propoſito autu-
mant.&Barbat.*in rub.de don.col.vltim* quem refert Ti-
raq *vbi ſupra de retract.nu.21.in fin.*
Eodem† modo reſponderi poteſt ad id , quod præ- 52
diximus de legato relicto per teſtatorem fratribus ſal-
marum vini quolibet anno,vt heres, ſi velit, poſſit ex
bonis defuncti vnam vineam dictis fratribus aſſignare
ex qua percipiant dictum vinum, eiſq; relinquere cu-
ram d.vineç:nempe quod ſit ſpeciale fauore donantis,
hoc eſt,teſtatoris:legatum namque eſt donatio quæ-
dam à defuncto relicta ab herede præſtanda, *§. 1. cum*
ſimil.Inſt.de leg.
Denique†poſſumus reſpondere, illam opinionem 53
non eſſe tutam, *vt ex pluribus nititur probare Purp. in*
dict.l.ſecunda, §. mutui datio, numero centeſimo vigeſimo
ſecund ff ſi cert. petat.
Ad †quartum de dict.*l.filius famil. §. apud. Marcell.* 54
ff.de legat. 1.& quod ſcribit Ioann.Andr.ſupra citatus,
reſpondemus,quod loquuntur,quando alicui eſt reli-
ctum prædium , iſque iuſſus eſt præſtare onus quod-
piam ex reditibus eius prædii, quo caſu non tenetur
prçſtare vltra quam ex eo percipitur , ideoque ſi velit
id relinquere creditori,liberatur:non ſic quando quis
tenetur in genere,ideoque ſi non perciperetur ex vno
prædio,teneretur ex aliis,*dict.l.quidam teſtamento,ff.de*
legat.1. propterea non debet audiri volens aſſignare
vnum prædium,& ita omnino liberari, vt in terminis
tradit Paul.de Caſt.& Tiraquel.*vbi ſupra, dict.n.21.*vt
contingit in cenſib⁹, qui quidem communiter & mo-
re ſolito conſtituuntur ſuper omnibus bonis vendito-
ris & nuncupatim ſuper quibuſdam prædiis & fundis
ſuis limitibus deſignatis Secundo reſpondet Alb Pap.
& cum eo Ioan.Andr *vbi ſupra,* fortius eſſe ius credi-
torum,qui tractant de damno euitando quam legata-
riorum , in quibus loquuntur dict. ll. qui tractant de
lucro captando.
Sed†& illud hic obſeruandum duxi , quod de con- 55
ſuetudine mercatores non admittuntur ad oblatio-
nem bonorum regulariter , ſed tenentur præciſe ſol-
uere in pecunia numerata. niſi habuiſſent aliquod in-
fortunium, vt conſiderauit Rip *in dict. §. mutui datio,*
num.28.& in ſimili Marant.*de ordin.iud.in 9.diſtinct.n.*
48.&inquit Ioſeph.Ludouic.*dict.deciſ.64.num.26.cum*
*ſequent.*quod hanc conſuetudinem vidit ſeruari vbiq;
locorum,ipſe tamen hoc putat eſſe in arbitrio iudicis,
attenta qualitate mercatoris,ſummæ debitæ & infor-
tunii:& quod contra mercatores adeſt aliud ſpeciale,
nempe quod ſi omnia eius bona caperent creditores:
non propterea liberantur,*Capitius deciſion. 46. num.9.*
de quo ſtatim latius agemus.
Similiter†videri ſtatuendum inquit *num.26.* idem 56

Ioſeph. Lud. in Equitibus Sancti Petri, Sancti Pauli Lauretanis,qui ſi permanerent in ciuitatibus inſignibus,vbi pecuniæ paſſim reperiuntur ad ſocietatem officij,tunc quando debita non tranſcenderent valorem medietatis officii non putaret eos admittendos ad oblationem bonorum, ſed præciſe eos teneri ad ſoluendum in pecunia numerata,& in his duobus caſibus limitandam eſſe dict. *Authentic.hoc niſi debitor, C.de ſolut.cum ſimil.*

57 Solet†tamen ſæpiſſime in iſta materia in praxi dubitari, *an creditores condemnata diffinitiue,hoc eſt,per exſequutoriam, vt accipiant bona immobilia æſtimata in ſolutum pro debitis ſuis,iuxta deciſionem tex. in dict. Auth. hoc niſi,cum ſimilibus,poſſint,omiſſa hac ſententia,vel exſequutoria conuenire correum debendi, vel fideiuſſores pro eodem debito.*

Et videtur primo,hoc eis non licere:ſiquidem in fauorē debitoris ſunt iam condemnati, vt pro pecuniis eis debitis accipiant bona immobilia ęſtimata in ſolutum.Ergo hæc ſententia prodeſt correis debendi & fideiuſſoribus ad hoc,vt per eam liberentur,ac ſi in pecunia numerata eis fieret ſolutio,cum iam illa bona ęſtimata cedant in ſolutionem,aliàs iudicium & ſententia præcedens eſſet illuſoria,imo fieret in eorum fraudem.

Secundo quia ſi aliud diceremus, debitores inopes priuarentur per indirectum beneficio dict. *Authent. hoc niſi*, ſiquidem correi ſoluentes haberent regreſſum contra correum pro ſua parte,& fideiuſſores ſoluentes contra principalem debitorem pro ſolido.Ne
58 igitur † hoc contingat, cautela erit adhoc, vt correus pro correo inope conuentus,& fideiuſſor pro principali debitore, gaudeat priuilegio exceptionis reo competenti, non vero ſibi, quod correus compareat & ſuſcipiat in ſe litem tanquam procurator in cauſſa propria & defenſor neceſſarius,& ita liberabitur fideiuſſor iuxta text. *in l.idemque* 10. § *generaliter, ff. mand.* per quem tex.loquens in fideiuſſore eius perſonę,quę non valet conueniri in plus,quā facere poſſit ita tenet Bart. *in l.& ſi fideiuſſor,nu.2.ff.de re iudic. quem ſequuntur alii ſecundum Alex.in l.non tantum,§ quod autem,n. 4.eodem titul. ſequitur etiam Paul. de Caſt. in l. Marcellus,column 2.poſt medic.ff.de fideiuſſor. & ante eos Cyn. valde id commendans in l.2.de precib.impub. offer. & ibi Baldus num.5.Hippol.in rub.ff.de fideiuſſor.num. 175 Petr. Duenas in regul. 330.limitat. 4 ad fin.& plures referens Matth.Brunus in tract.de ceſſ.bonor.in 15. quæſt. 4. quæſtionis principalis numer.5. & iterum quæſt. 8. princip. numer.5.& nos latius de iurament.confirmat.3 part.capit. 15.num.15 cum ſequ.* vbi deduximus praxin huius cautelæ, nempe quod fideiuſſor denuntiet principali, & principalis compareat,& ſuſcipiat in ſe iudicium,&c.
59 Quod † quidem eſt ſingulare. Nam alias regulariter fideiuſſores dati ab his, qui non conueniuntur vltra quam facere poſſunt,in ſolidum tenentur & ſui principalis priuilegium nō habent, quia illud eſt perſonale,&ad fideiuſſorem non tranſit, *vt in dict. l.& ſi fideiuſ. & ibi Doctores communiter,ff.de re iud Baeca de inop.debit.cap.5.ſub.num.47.Brun.d.qu.25.nu.1.& 2.*

60 Nihilominus † tamen pro contraria parte videtur tex.expreſſus *in l.fin.incip.generaliter, §. idemque, C. de fideiuſſor.* vbi deciditur, quod ſi creditor vnum ex pluribus reis debendi conuenerit in ſolidum aduerſuſque ipſum debitorem pro ſolido fuerit ſententia condemnatoria lata poterit nihilominus alium vel alios correos debendi conuenire,quouſque integre &per omnia fuerit ſibi ſatisfactum: nec illi oberit, quod prius alium conuenerit. Idem reſpectu fideiuſſorum deciderat lex illa *in ſui princip.& notant.ibi Doctor.& in l. 2.ff.de duobus reis*,vbi latiſſime Ronchegal. *nu.90.cum ſequent.* Et inquit†Philip.Corn. *conſil.61.col.1. & 3.volum.1.* eſſe commune placitum doctorum, quod per 61
ſolam petitionem, etiam ſequuta ſententia contra vnum ex pluribus reis debendi porrectam, alii nō liberantur,ſed neceſſariam eſſe ſolutionem integri debiti, quos refert & ſequitur alios citans Felician. de Solis *lib.3.de cenſib.cap.2 num.5.* vbi late diſſerit,quid in hoc eſſet ſtatutum iure veteri ante deciſionem *dict.l.final. C.de fideiuſſor.* Et tandem † ex prædicta reſolutione 62
communi inquit,ſe in facto reſpondiſſe, quod ſi debitor ſuos nominauerit creditores in iudicio,petieritq; ex ſuis bonis illis ſatisfieri pro creditorum antiquitate & priuilegio &vnus,qui alios quoque habebat obligatos in ſolidum,comparuerit & inſtrumentum debiti præſentauerit, & in ſententia quartum vel quintum locum obtinuerit,poterit nihilominus debere recurſum habere aduerſus alios correos obligatos in ſolidum, quouſque integre ſibi ſatisfiat: quoniam nec petitio,nec ſententia aduerſus vnum ex pluribus reis debendi liberat alios, *vt in dict. §.idemque,& tenent auctores ſup. citat.:* Ergo ita &eodem modo dicendum in propoſito noſtro,vt quāuis creditores ſint condemnati ad inſtantiam debitoris principalis, iuxta caſū *dict. Authe.hoc niſi,cum ſimil.* vt accipiant bona immobilia æſtimata in ſolutum pro debitis ſuis,poſſint libere redire contra correos debendi,&fideiuſſores in ſolidum obligatos,qui prædict. liti non aſtiterunt eoſque conuenire via exſequutiua,aut alia competenti,quouſque integra quātitas debita ſibi in pecunia ſoluatur. ſiquidem omnes ſunt ſimul in ſolidum obligati,&conuentione & condemnatione vnius ceteri non liberantur, *vt in dict.l.fin.C.de fideiuſſ.*

Nec obſtat,ſi aliquis ſubtiliter contendant,hos eſſe diuerſos,quia quoties creditor conuenit reum principalem,eumque condemnat,merito vt hoc relicto poſſit ceteros correos &fideiuſſores conuenire,hoc enim beneficium cum ſit in eius fauorem introductum,non debet in eius odium retorqueri, iuxta regulam iuris vulgarem,cuius ſupra meminimus,cum habeat plures in ſolidum obligatos pro eorum cautela & ſecuritate: At vero in ſpecie noſtra creditor non conuenit creditores,vt accipiant bona æſtimata in ſolutum, & cum creditores fuerint in hoc condemnati per exſequutoriam, ceſſare videtur in propoſito prædicta iuris regula.

Denique quia ex præfata exſequutoria adquiſitum eſt ius in modo ſolutionis debitorum.Ergo &correis, & fideiuſſoribus ipſius,cum ab eo dependeat liberatio ipſorum.

Non inquam obſtat huic ſecundę parti,quam nunc fundamus, præcedens prior obiectio. Non enim aliquid probat contra nos in hac parte. Siquidem origo cauſſæ eſt inſpicienda qua attenta,etiamſi creditor cōueniſſet & condemnaſſet reum, poteſt redire ad correos debendi, & fideiuſſores: Ergo idem erit. etiamſi per accidens iudicium mutetur,&reus conueniat creditorem, vt bona æſtimata in ſolutum recipiat: imo maiori ratione hoc caſu idem probari videtur, ſiquidem in priori ſpecie,& ſic in caſu *dict. l fin.* voluntate creditoris iudicium propoſitum fuit,& ſententia lata in ſui fauorem contra debitorem principalem in noſtro vero caſu inuitus creditor condemnatur vt bona ęſtimata in ſolutum accipiat. Vnde potiori iure, cum ſemper contradixerit intentioni & petitioni debitoris, vt poſſit redire ad ceteros correos & fideiuſſores.

Accedat etiam quod beneficium *dict. Auth hoc niſi*, eſt perſonale,hoc eſt,perſonam ipſius tantum debitoris reſpiciens ob eius inopiam &impoſſibilitatem ſoluendi in pecunia numerata. Vnde non competit eius correis nec fideiuſſoribus,qui neque id propoſuerunt nec

nec deduxerunt in iudicium nec deducunt, aut deducere poſſunt:deficientibus nempe in eis requiſitis neceſſariis ad fruendum beneficio dict.authent.hoc niſi debitor.

63 Quid tenendum †in hac quæſtione? Ego hanc ſecundam partem,vt veriorem probo,ſcilicet, vt creditores condemnati, vt bona æſtimata in ſolutum accipiant pro ſuis debitis,poſſint hoc non obſtante agere contra correos debendi & fideiuſſores ſibi in ſolidum obligatos, quouſque integre ſibi ſatisfiat de pecuniis ſibi debitis, *vt in dict.l.fin.C.de fideiuſſ.cum ceteris ſupra adductis pro hac parte.* Cui etiam non modicum fauet, quod ſupra in quęſtione de cenſibus deduximus,nempe beneficium ceſſionis bonorū, inſuper & beneficium quitationis vel dilationis, nō prodeſſe fideiuſſoribus principalis debitoris, ſed ipſi tantum principali, cui conceditur.

64 Limitatur†tamen hæc verior ſententia &tenenda, quando ipſi creditores bona in ſolutum acciperent: quia tunc bene liberantur correi &fideiuſſores pro ea quantitate, qua data fuerint, cum iam non inuiti dicantur creditores ea bona accepiſſe,ſed voluntarie & ſolutione eius,quod debetur,tollitur omnis obligatio quam reſolutionem in terminis tenet Paul. de Caſtr. per tex. *ibi in l.heres à debitore 22. §. quod ſi ſtipulator,*
65 *num.3.ff.de fideiuſſ.* dicens. *Et † nota perpetuo iſtum verſic. pro iſtis mercatoribus ceſſantibus, nam creditores ſtatim capiunt omnia bona,certe per hoc non liberantur ipſi principales,nec etiam fideiuſſores:Caſus eſt ſingularis hic,quia per hanc immiſſionem non efficiuntur creditores domini,niſi dentur bona in ſolutum, & tunc bene liberantur, quatenus data eſſent:* cuius doctrinæ partem refert & ſequitur Anton.Capit. *deciſio Neapolit.46.num.9* & vtramque partem,& ſic totam doctrinam Benuenut. *in tit.de mercat.in tit.de decoctor.3 q.in princip.num.45. pag.309.* & quod per dationem in ſolutum nominum liberentur fideiuſſores principalis debitoris, etiamſi exactio nominum certa non exierit, iure late probat,& ſic de facto conſultus reſpondit Petr Surd. *conſ.145. num.14. cum plurib.ſeqq.lib* 1

66 Amplio†præfatam limitationem vt procedat, etiam quando creditor dum ſubhaſtantur bona debitoris,offert pretium pro eis,quod vulgo dicitur, *haze poſtura en los bienes*,vel licitat,hoc eſt, *quādo puja en la q̄ eſta hecha*,& etiam tanquam plus offerenti liberantur, hoc eſt, *ſe le rematan*,tunc namque ſi huiuſmodi creditor nolit recipere poſſeſſionem,ſed redire ad correos debendi vel ad fideiuſſores,non erit audiendus: tum, quia cum ei per ſubhaſtationem liberata ſint bona debitoris pro debito,habetur loco emtoris, & vocatur emtor *l.2.&3 C.final.in cauſſ.iudic.pignor.ſit,& leg. ſi eo tempore,Codic.de remiſſ.pignor.* & emit pro eodem pretio, quo aſcendit debitum, poſtquam ergo emit, & habet ius ad rem conſequendam,ſicut emtor,liberatur debitor,ac proinde creditor non poteſt ad alium trāſire,& ad fideiuſſorem recurrere; tum etiam quia creditor,qui in cauſſam iudicati pignus accepit,non poteſt ab eo diſcedere &ad aliud pignus tranſire *l à diuo Pio,ff.de re iudic.* Nec obſtat,quod creditor non acceperit poſſeſſionem bonorum incantatorum ſibique liberatorum, quia ſtat per eum, cum talem poſſeſſionem obtinuiſſet,ſi proſequutus fuiſſet, quod nō fecit: Igitur,&c. Et ita in terminis probauit & tenet Guido Pap *quæſtio,348.verſic.in contrarium*,dicens ita pro iſta parte fuiſſe iudicatum ann.1459.&ibi eius additio inquit hęc verba: *Tu, qui in practica curiarum verſaris, nota hanc quæſtionem, quia multa volumina iuris perſcrutaberis, antequam hanc materiam, abſolutam inuenias*,& ſequitur Chaſſan. *in conſuetud. Burg.rubr.* 5 *§.2. num.19.*

Non obſtant modo fundamenta pro priori parte adducta,& non quidem primum,quia illud nihil concludit contra perſonas correorum & fideiuſſorum,ſed tantum contra principalem reum conuētum,cui perſonaliter ob inopiam,& ceteras diligentias à ſe factas in exquirendis pecuniis conceditur, vt bona in ſolutum ſuis creditoribus dare poſſit, non vero eius fideiuſſoribus, in quibus ceſſat ratio beneficii ſeu priuilegii,reo principali à iure conceſſi, nec modus ſolutionis datus per ſententiam nocet creditoribus quoad fideiuſſores: Is namque datus fuit tantum reſpectu principalis debitoris propter ipſius inopiam atque impotentiam ſoluendi in pecunia numerata, non vero reſpectu fideiuſſorum: & cum creditor eum modum ſoluendi non acceptauerit, poterit iure optimo, eo omiſſo redire ad fideiuſſores, *vt in dicta lege final.cum reliquis ſupra adductis, Codic. de fideiuſſor.*

Neque†etiam†obeſt ſecundo, & ſic cautela ſupra 67
adducta ex text. *in dict l.idemq. §.generaliter.ff. mandati:* Nam id procedit, quando exceptio reſpiceret obligationem perſonæ cohærentem, nempe quando principalis, qui conueniri non poterat, niſi in quantum facere poteſt,poteſt ſtatim exacto fideiuſſore cōueniri,& ab ipſo debitū exigi: Hoc enim caſu principalis ex priuilegio ſibi conceſſo poſſet fideiuſſorē defendere, *vt diximus ſupra*, & hoc, ne alias per indirectum ſibi auferretur præfatum beneficium,ne conueniatur vltra quam facere poteſt: ſecus ſi priuilegium, non obligationem, ſed perſonam tantum reſpiceret, & ſic ab ipſo fideiuſſore exactio ſtatim exigi non poſſet,tunc enim fideiuſſori non prodeſſet, *ita ex Cyn. & quæſtio.8 princip.numero quinto.* Quæ reſponſio & doctrina ita expendi poteſt in noſtrum propoſitum. Fideiuſſor†debitoris, qui non poteſt ſoluere in pecunia 68
numerata,ſed in bonis æſtimatis in ſolutum oblatis, conuentus ab eius creditoribus & exactus,licet habeat regreſſum contra eundem debitorem, non tamen aduerſus eum habebit plus iuris,quam ipſi creditores principales habebant quia debitor principalis ita poterit aduerſus ipſius fideiuſſorem à creditoribus exactum agentem contra ipſum debitorem vti beneficio *dict.authentic.hoc niſi, cum ſimilibus*, ſi contra principales creditores vti poterat, cum ipſe fideiuſſor pro eo, quod ſoluerit pro debitore,ſit etiam eius creditor. Vnde cum huiuſmodi debitor poſſit vti pręfato beneficio aduerſus omnes ſuos creditores, conſequitur, vt ſibi nihil auferatur directe nec indirecte, etiamſi eius fideiuſſor exigatur à ſuis creditoribus, ac proinde non poſſit comparere in iudicio pro ſuo fideiuſſore conuento, nec eum defendere ſuſcipiendo in ſe cauſſam,tanquam procurator in rem propriam,nec alias,cum non ſit defenſor neceſſarius,ſiquidem contra vtroſque creditores poteſt vti præfato remedio & beneficio,quod reſidet in ſua perſona contra omnes: At vero ceteræ perſonæ, quæ non poſſunt conueniri vltra quam facere poſſunt, merito vt poſſint comparere pro ſuis fideiuſſoribus, & ſuſcipere pro eis iudicium in cauſſam propriam, ſiquidem poſtea conuenti à ſuis fideiuſſoribus,vti non poſſent contra eos eodem beneficio,vt reſoluimus *dict.cap.15 num.17.* Sunt enim tunc defenſores ſui ipſius neceſſarii: quo caſu procedit diſpoſitio *dict.§.generaliter*,vt omnes profitētur. Defenſor igitur † qui non eſt neceſſarius(vt de- 69
bitor principalis in propoſito de quo agitur)non poterit vti remedio &cautela,de qua *in dict.§.generaliter*, vt cum Paul. Caſtr. & aliis probat Duen. *dict. regul. 330.in 4.limit.ſupra citata*, qui loquitur in fideiuſſore minoris,Illi enim non cōpetit reſtitutio huic cōceſſa,

ac proinde minor non poteſt tunc ſuſcipere iudicium pro ſuo fideiuſſore, quia non eſt defenſor neceſſarius: ſecus ſi minor eſſet defenſor neceſſarius, nempe quãdo ſibi non competeret reſtitutio contra fideiuſſorẽ, *vt ibi cum aliis probat Duenn. & nos idem ſequuti explicauimus vbi ſupra, ſub num.* 16. Et cum his remanent explicatæ ſatis præfatæ duæ quæſtiones principales de cenſibus & fideiuſſoribus in materia dict. *authent. hoc niſi, cum ſimil.*

70 Ex præcedentibus † modo deduci poteſt optima reſolutio alterius conſimilis quæſtionis, quæ in praxi etiam frequens eſt, an ſcilicet beneficium *c. Odoardus, de ſolut. cum ſimil.* clericis conceſſum, de quo late egimus *in noſtro titu. de iuram. confirmat. cap. 17. per totum.* proſit fideiuſſoribus clericorum illo beneficio gaudentium? Magis enim eſt, vt ipſis non proſit ex ſupradictis, cum beneficium illud ſit perſonaliſſimum, & in honorem ordinis clericalis: quo vti poſſunt ipſi clerici etiã aduerſus ſuos fideiuſſore, ſiam exactos, ac proinde vti nõ poterunt aduerſus creditores conuenientes in iudicio præfato ſuos fideiuſſores, cautela tex *in dict. §. generaliter, de qua ſupra,* ſuſcipiendo in ſe iudicium pro ipſis fideiuſſoribus in rem propriam, cum dici non poſſint neceſſarii defenſores, ex quo etiam contra fideiuſſores vti poſſunt præfato beneficio Hinc fit, † vt iudex Ecclesiaſticus, coram quo vertitur cauſſa clerici qui pro ſe deduxit præfatum beneficium *cap. Odoardu.*, in iudicio minime poſſit inhibere iudicem ſecularem coram quo conueniuntur fideiuſſores: quod ſi clericus debitor vtatur quoque beneficio dict. authent *hoc niſi, cum ſimilibus*, nec tunc etiam proderit eius fideiuſſoribus, niſi volẽtibus creditoribus, vt ſupra reſoluimus 71
generaliter † in laicis debitoribus, fideiuſſorem etiam clerici coram iudice laico conueniendum eſſe, quãdo non ſumus in exceptionibus realibus vel mixtis ſed in mere perſonalibus *ex l. exceptiones, 2. vbi Caſtrenſ. ff. de fideiuſſ. gl. in l. exceptiones, C. eodem*, probat Octauianus Vulpell. *de libert. Eccleſiaſt. pagin. 32. nu. 18.* allegans in ſpecie propoſita Vrſil. *ad deciſion. Neapolitan.* 206. Addit tamẽ præfatus Octauia. quod poſſet clericus principalis, vt defenſor neceſſarius comparere, & allegare exceptiones etiam comperentes ex perſona ſua, *vt ex Aretin. Inſtit. de except. circa fin. & Roc. Placent. in praxi iudiciaria lib. 3. tit. de except. quæ reo competit, an etiam fideiuſſori competat*: Hoc tamen verum intelligo iuxta reſolutionem præcedentem, de qua ſupra, *num. 67. cum ſequentibus.* 72

FINIS.

DN. JOANNIS GUTIERREZ IURISCONSULTI HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIÆ CIVITATENSIS.

Practicarum Quæſtionum circa leges Regias Hiſpaniæ, Secundæ Partis Novæ Collectionis Regiæ,

LIBER SECUNDUS.

SUMMARIA.

1 *Lex 49. Taur. hodie l. 1 tit. 1 lib. 5 Noua Collect. Regiæ, an ſit valida & in iudiciis practicanda? diſcutitur late per totam quæſtionem: & num. 13 & ſequ. reſoluitur affirmatiue.*

2 *Filia ante 29. ſuæ ætatis annum nubens ſine licentia & cõſenſu patris, de iure canonico (quicquid ſit de ciuili) non poteſt ob hoc exheredari.*

3 *Filia de iure canonico poteſt libere nubere ſine licentia & conſenſu patris.*

4 *Pater tenetur dotare filiam nubentem ſine conſenſu patris, etiamſi ipſa dotem non promiſerit.*

5 *An hoc procedit quando filia nupſit indigno referuntur opiniones contrariæ, eæque concordantur cum diſtinctione.*

6 *Rex Princeps vel iudex ſecularis non poteſt aliquid diſponere vel ſtatuere circa ſpiritualia.*

7 *Statutũ priuans filios ſucceſſione parentum, eo quod cõtrahant matrim. ſine licentia patris non valet.*

8 *L. 4 tit. 1 lib. 5 Ordin. veter. eſſe ſublatam iure canonico, & nu. 10.*

9 *L. 10. tit. 1. p. 4 eſt correcta iure canonico, nu. 30.*

10 *Pœna rigida l. fin. tit. 3 p. 4 non valet, & ſi valet, non eſt in vſu, vt in num. 31.*

11 *Pater iure ciuili antiquo attento poterat exheredare filium ducentem vxorem ignominioſam ſine conſenſu eiuſdem patris.*

12 *Hoc eſt hodie correctum iure communi, Canonico & Regio.*

13 *Lex ciuilis non ſe intromittens, nec aliquid determinãs ſuper ſubſtantia matrimonii vel ſuper ſpiritualibus, ſed tantum procedit adiuuando, declarando, & ampliando ipſum ius canonicum ad pleniorẽ eius obſeruantiam, in iis quæ ſunt prohibita & punita, de iure canonico poteſt licite diſponere.*

14 *Inferior poteſt addere pœnam prohibitioni & legi ſuperioris, etſi contra ipſius legem ſtatuere non poſſit.*

15 *Lex ſecularis in quacunque re diſponat, etiamſi mentionem clericorum faciat, ſi iuſta ſit & honeſta & canonibus non contraria, ſeruari debet, quia ab ipſis Romanis Pontificibus videtur recepta.*

16 *Leges ciuiles punientes hereticos pœna mortis, tenere.*

17 *Leges canonibus non contrariæ in materia matrimoniali ſunt ſeruandæ.*

18 *Princeps licet non poſſit ſtatuere contra l. diuinam, illã tamen poteſt diſtinguere, limitare, & declarare.*

19 *Licitum eſt alterum occidere pro noſtra defenſione, etiam in foro conſcientiæ, vt in nu. 20.*

21 *Sacerdos, ſi dũ celebrat, ab alio inuaditur, poterit ſtatim ad ſui defenſionem occidere inuaſorem & redire ad celebrationem.*

22 *Maritus occidens adulteros propria auctoritate, licet permiſſione legis, peccat mortaliter.*

23 *Maritus occidẽs adulteros ſibi traditos auctoritate iudicis, cauſſa in iudicio legitime ventilata, ſiue in præſentia, ſiue in abſentia, erit tutus in conſcientia, ſi ex zelo iuſtitiæ id fecerit, aliàs ſecus.*

24 *Præſcribens legitime cum bona fide, ſi poſt completam præſcriptionem ſuperueniat mala fides, non tenetur ad reſtitutionem.*

25 *Regula l. pluribus, §. & ſi placeat, ff. de verb. oblig. intellecta.*

35 *Res legitime præſcripta non eſt reſtituenda, etiamſi teſtator iuberet reſtitui male ablata.*

27 *Grauius delictum ſolet reputari, quod communiter in faciendo, quam in omittendo.*

28 *Filia iniuria parentum oppreſſa, ne eam dotarent, vel alia ex cauſſa, nubens clandeſtine digno, non eſt punienda rigore l. 49. Tauri ac ſi abſque vlla cauſſa id feciſſet.*

29 *Clandeſtinum matrimonium quod dicatur & ſit.*

L. 49. Taur. hodie l. 1. tit. 1. lib. 5. Nou. Collect. Reg.

QUÆSTIO I.

QVÆRO circa l. 49. Tauri quæ hodie eſt l. 1. tit. 1. lib. 5 Nou. Collect. Reg quæ ita ſe habet: *Mandamos que el que contraxere matrimonio que la Yglesia tuuiere por clandeſtino con alguna muger, que por el miſmo fecho, el y los que en ello interuinieren, y los que del tal matrimonio fueren teſtigos: incurran en perdimiento de todo ſus bienes y ſeã applicados à nueſtra camara y fiſco, y ſeã deſterrados deſtos nueſtros Reynos, en los quales no entrẽ ſo pena de muerte: y que eſta ſea iuſta cauſſa para que el padre y la madre puedã des heredar ſi quiſierẽ à ſus hyos, o hyas q̃, el tal matrimonio contraxerẽ, en lo qual otro ninguno no pueda acuſar ſino el padre: y la madre, muerto el padre.* An hæc l. ſit valida, & in iudiciis practicanda? nimis enim rigida, & matrimoniis pœnam imponens videtur contra diſpoſitionem tex. *in c. Gemma, cum ſimilib. de ſpon-*